



**R. P. Ioannis Præpositi Atrebatis, E Societate Iesv, S.
Theologiæ Doctoris, & quondam in Vniuersitate
Louaniensi ac Duacensi Professoris, Commentaria In
Tertiam Partem S. Thomæ De Incarnatione Verbi ...**

LePrévost, Jean

Dvaci, 1629

De Sanctiſſimo Incarnationis mysterio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94249](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94249)



DE SANCTISSIMO INCARNATIONIS MYSTERIO.

POSTQUAM S. Tho. 1. parte pertractauit de Deo vt in se est vno & trino, similiter de eodē vt est principiu omnium rerum, & in 2. parte egit de fine naturæ rationalis, & de actibus, quibus ad eundem finē debet peruenire, & de principijs eorundem actuum tum in vniuersali, nimirum de legibus, gratia, virtutibus: tum in particulari, scilicet de virtutibus Theologicis ac moralibus; postquam etiam egit de peccatis, per quæ à nostro fine defleximus: conuenienti planē ordine tractat de sublimissimo Incarnationis mysterio, per quod instauramur, & in viam salutis reducimur.

Huius tractatus obiectum est Christus Deus-homo. Ex quo patet illius Excellentia & profunditas. Nam post augustissimum Trinitatis mysterium, Incarnationis est sublimissimum & cognitū difficillimum. Obiectum, inquam, est Deus-homo, qui in hunc mundum venit, & dum Verbum caro factum est, habitauit in nobis.

Quō sit vt hæc tractatio Theologo non tantum licita sit dignissima, vt pote in quā plurima & abstrusissima fidei mysteria explicantur, & contra hæreticos defendantur; verum etiam sit iucundissima, cum in ea admirabilem Dei erga genus humanum charitatem perspicere possimus, qui exinanit semetipsum, vt nos sibi reconciliaret, liberaret à peccatis, gratiā deperditam effusē restitueret, & reduceret in viam, à quā per peccatum aberraueramus. Quæ incensa Dei charitas miro modo declaratur illis Verbis Ioannis 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Nam inter cætera ostenditur quod Deus propter nos non fuit indignatus assumere id quod in nobis erat vilissimum, quodque difficilissimum videbatur assumi posse, & ab eo erat magis alienum. Ostenditur etiam quod nobis per omnia similis (præter peccatum) nobiscum conuersatus, & volens nostris miserijs se subiecerit. Vbi obiter

Notandum Theologos ex hoc loco Ioannis hoc mysterium conuenienter vocare Incarnationem, quæ idem significat ac carnis assumptionem,

quæ Deus humanam naturam, & verum corpus assumpsit. Quamuis autē non assumpserit solā carnem, vt ex dicendis constabit, nihilominus in loco Ioannis citato illius solius sit nētio, tum propter rationes allatas, tum quia in scriptura nomine carnis homo interdum solet designari, vt patet Genes. 6. in his verbis: *Omnis caro corruerat viam suam.* Videri potest Aug. cap. 34. Enchiridij. Hoc idem mysterium aliqui vgcant œconomiam, alij *ἐνανθρώπησιν*, id est, inhumanationem. Videri potest Dam. lib. 3. de fide cap. 11.

Genes. 6.
August.
Alia eiusdem myste-
rij nomina.
Damasc.

DVBIVM I.

Utrum Incarnatio sit possibilis?

PRÆSENTI dubio quæritur num Deus humanam naturam in vnitatem personæ possit sibi copulare, sibi que eam substantialiter vnire, ita vt vnum substantiale inde resultet, quod sit Deus-homo. Ad quod breuiter

Sæsus quæ-
stionis.

Respondeo affirmatiuē. Est de fide. Fide enim constat Incarnationis mysterium reipsa esse peractum, vt ex dicendis patebit. De fide ergo est illud mysterium esse possibile. Per illud autem mysterium ita natura humana Verbo est copulata, vt vnum substantiale inde resultarit, vt etiam in sequentibus ostendetur.

5
Conclusio
affirmans.

Varia tamen contrā possunt opponi, quibus videatur ostendi hoc mysterium esse impossibile, tum ex parte Dei, tum ex parte naturæ humanæ.

6
Obiectio-
nes.

Primò quod Deus sit ens omnino completum, & præinde quidquid illi aduenit, faciat cum eo compositum accidentale. Secundò quod Deus non videatur posse alicui de nouo vniri, sine sui mutatione. Tertio quod non appareat quomodo Deus alicui possit vniri non recipiendo aliquam perfectionem, & quomodo compositum resultans ex Deo & natura humana non sit perfectius componentibus. Quarto si Deus possit vniri naturæ humanæ in identitatem personæ, diuina subsistentia potest dici forma respectu naturæ creatæ, quod

I.

II.

III.

IV.

A

dicat

v.

dicat imperfectionem in subsistentia, quæ tamen imperfectio in diuinam subsistentiam cadere non potest. Quinto ut hoc mysterium esset possibile, natura humana deberet posse subsistere per diuinam subsistentiam, atque adeo per illam terminari, quod videtur repugnare, quemadmodum repugnat rem quampiam alienâ figurâ terminari.

7
Resp. ad 1.Verbum
perficit na-
turam hu-
manam,

Ad 1. Respondeo negando secundam partem assumpti. Nam natura humana coniungitur Deo non ut perfectiū perfectibili, sed ut ipsamet carens propria perfectione substantiali perficiatur à Verbo, per cuius subsistentiam subsistat, utque in vnam personam cum Verbo diuino coeat. Quamuis ergo ipsum Verbum diuinum sit infinite perfectum, non repugnat quo minus aliquid ei coniungatur ad perfectionem substantialem acquirendam, atque adeo faciat cum Verbo vnum per se.

8

Et quamuis nihil simile detur in rerum natura extra propositum, non arguit hanc coniunctionem humanitatis cum Verbo non posse esse substantialem, & inde non posse fieri vnum per se, sed solum arguit hoc mysterium esse singulare.

Ad 2.

Sufficit mu-
tatio in na-
turâ huma-
nâ.

Ad secundum respondeo negando assumptum. Mutatio enim quæ inuenitur quando duo aliqua ante non vnita incipiunt de nouo vniri, non necessarii debet inueniri in vtroque extremo, sed sufficit alterum mutari. Verbum ergo diuinum in se inuariatum per mutationem inuentam in natura humana, potest eandem sustentare; & passio quæ in hoc mysterio respondet actioni, non est circa Verbum, sed circa naturam humanam, quæ per Incarnationem assumitur & à Verbo sustentatur.

Ad 3.

Ad tertium respondeo similiter negando assumptum. Quia ut patet ex solutione primi, nihil prohibet Deum alteri coniungi, ad illud perficiendum, quamuis ipse nullam inde acquirat perfectionem, neque est de ratione conpositi ut sit perfectius compositus, neque similiter est de ratione compositi ut sint partes, ut sint quid imperfecti, ut ex se & sua conditione naturali sint ad se invicem ordinata, & à se invicem dependant, quamuis in compositione naturali semper saltem aliquid horum in quolibet extremo inueniatur. Quod mirum non est cum omne ens creatum sit limitatum perfectionis, quod accessu alterius potest perfici saltem accidentaliter.

Ad 4.

Ad quartum respondeo negando diuinam subsistentiam idcirco dicendam formam respectu naturæ humanæ, quod hæc natura Deo possit vniri, quia solum habet rationem termini, de cuius termini ratione proprie non est quod sit forma respectu eius quod terminat.

Ad 5.

Ad quintum respondeo in mysterio Incarnationis naturam humanam verè subsistere per diuinam subsistentiam & per eam terminari, neque id vllam involuere repugnantiam. Patet in accidente quod terminatur per subsistentiam subiecti cui inhaeret. Neque est simile quod adfertur de figurâ. Idcirco enim nihil potest per alienam figuram terminari seu figurari, quod figura exurgat ex tali vel tali rei materiali, modo quantitativo existens, proprie autem & formaliter nihil potest per vllum alterius constitui in loco optimè vero fieri potest quod res non habens vltimum suum complementum, compleatur per aliud, ei que inexistat.

DVBIUM II.

Vtrum solo lumine natura cognosci possit Incarnationem esse possibilem?

DIco 1. homo solis naturæ viribus per propriam inuentionem & discursum non potest euidenter cognoscere Incarnationem esse possibilem. Prob. 1. ex Script. Isa. 64. *Oculus non viderit, nec manus tetigit, nec cogitauerit, nec ascendit in conspectum hominis, quæ preparasti ex celis, ut sciamus te.* Quo loco licet varij sentiant sermonem esse de beatorum felicitate & mercede, alijs tamen magis placet agi de mysterio Incarnationis, per quam Deus naturam humanam assumpsit in unitatem personæ. Quorum sententia præbatur potest ex Apostolo 1. ad Cor. 2. vbi ait: *Loquimur de sapientia in mysterio, quæ abscondita est, quam præsternunt Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius sæculi cognouit. Et si sciri scriptum est, quod oculis non videtur, nec auribus auditur, nec in cor hominis ascendit, quæ præparantur iis qui diligunt illum.* Ex quibus postremis verbis patet Apostolum respicere ad locum Isaia citatum. Porro Apostolum in sententia relatagere de mysterio Incarnationis censent plures Patres, quos refert Cornelius in dictum locum Apostoli. Videri etiam possunt citati à Gaspare Sanctio in cap. 64. Isaia.

Probatum etiam ex cap. 3. ad Ephes. Vbi Apostolus agens etiam de mysterio Incarnationis, illud vocat *mysterium salutis in Christo, & sacramentum absconditum à sæculis in Deo.* Favere etiam potest locus Isa. 53. *Generacionem eius quis enarrabit?* qui licet aliter possit intelligi, ut eruditè ostendit Sanctius; à pluribus tamen patribus quos citat Cornelius in eum locum, intelligitur de humana Christi generatione, quasi velit Propheta eam ab intellectu creato proprijs viribus cognosci non posse, vel enarrari.

Prob. 2. ex Patribus: Commentario in epistolam Apostoli inter opera S. Ambrani verba cap. 2. cit. 1. ad Cor. verba Apostoli & Isaia intelligente de Incarnationis mysterio, quod asserit non solum in humanum sensum non cecidisse, sed etiam celestes potestates latuisse. Chrys. hom. de S. Ioanne Baptista post medium, dicente: *Verbum caro factum est.* Et quomodo factum? si ignoramus? Et scio quia Verbum caro factum sit & quomodo factum sit nescio. Miraris, quia ego nesciam? non in te tracta ignoras? & intelligente locum Isaia 53. de humana Christi natiuitate. Leone 1. serm. 8. de natiuitate in initio, vocante, *Ineffabilem miratur enim quæ creator hominum fieri homo dignatus est.* Sermon. 10. in initio dicente: *Donum saluatoris, nostræ naturæ non solum seruum deitatem de Patre, sed etiam secundum carnem de matre nostra facultatem humani excelsi elegit, ut meritis ad vitam æternam referatur quod deditur.* Generacionem eius quis enarrabit? Ibidem post medium, *Naturæ domini nostri Iesu Christi omnem intelligentiam superat.* Plures Patres videri possunt tum apud citatos, tum apud Suarez tomo 1. in 3. partem disp. 3. sect. 1.

Probatum tertio ratione 1. homo secundum naturalem modum cognoscendi, suam cognitionem haurit à sensibus, & proinde per propriam inuentionem sola sensibilia potest euidenter cognoscere, & quæ ex his per discursum euidenter deducuntur, vel per modum causæ, vel per modum effectus, vel per modum alicuius necessarij conexi. Atqui nulla sensibilia præbent sufficiens fundamentum euidentis cognitionis mysterij Incarnationis, cum illud nullam

miniam cum sensibilibus habeat connexionem, vt facile patere potest discurrenti, ergo homo per propriam inuentionem non potest euidenter cognoscere illud mysterium esse possibile.

Secundo, ad hoc vt homo per vires naturæ & propriam inuentionem possit euidenter cognoscere hoc mysteriū esse possibile, deberet posse cognoscere per proprium discursum naturam substantialem posse carere sua connaturali subsistentia, seu posse absque illa existere in rerum naturā; id autem non potest naturaliter cognoscere, tum quia nihil est quod hominem possit deducere in huiusmodi notitiam, cuius signum est quod nulli Philosophi quantumcunque perspicaces ad eam notitiam peruenierint; tum quia homo sibi relictus potius colliget contrarium, ex eo quod ratio naturalis non illustrata sublimiori lumine iudicabit accidens non posse separari à subiecto, & extra illud existere: ex quo deducet substantiam non posse carere propria subsistentia, & alteri inexistere. Iudicabit enim ita se habere substantiam ad naturam substantialem, sicut se habet inherentiā ad accidens.

Tertio, vt daretur hominem posse per propriam inuentionem cognoscere quod natura substantialis posset priuari propria subsistentia, non ideo poterit cognoscere eam posse terminari aliena, sed si quod hac de re former iudicium, potius iudicabit id esse impossibile: quemadmodum iudicat esse impossibile, quod res terminetur alienā figurā, vel sit in loco per se alterius.

Quarto, licet ratio sibi relicta posset iudicare non repugnare quò minus substantia subsistat subsistentiā alterius loquendo in genere, nihilominus non facile formabit iudicium quod natura humana possit subsistere diuinā subsistentiā, & ab ea terminari. Quia non poterit per se eo assurgere vt sine formidine cognoscat Deum rebus creatis connecti, & si quod iudicium former, potius concludet esse impossibile; cum ratio sibi relicta iudicatura sit compositionem vnus cum alio dicere in extremis imperfectionem & dependentiam vnus ab alio, quod est à Deo alienū: sit etiam iudicatura compositionem non posse fieri in tempore absque mutatione eorum, quæ inter se componuntur, summam Dei perfectionem non pati vt vnus per se cum alia re conficiat.

Quæ omnia confirmantur ex eo, quod licet fide constet hoc mysterium reipsa esse peractum; ratio tamen naturalis magnam in eo patitur difficultatem, vt patet ex dictis dubio præcedenti, & ex rationationibus iā factis, & ex eo quod per mysterium Incarnationis ita coniunctæ sint natura diuina & humana in vnitatem personæ, vt vnica Trinitatis persona fuerit incarnata, cum tamen tres personæ diuinæ sint vnus & idem in essentia, propter quod difficile est concipere quomodo vna persona sit incarnata, & non alia.

Denique probatur ex eo, quod hoc mysterium sit planè supernaturale, non solum quatenus vnus illius terminus est supernaturalis, sed etiam spectatā ipsa vnione, quidquid demum ea sit. Supernaturalia autem non possunt naturaliter euidenter ab homine cognosci.

Potest hæc rationes non solum probat quod hoc mysterium non poterit per naturæ vires euidenter cognosci antequam perageretur, sed etiam postquam reipsa peractum fuit.

Dico 2. non potest, etiam Angelus idem mysteriū per naturæ vires & per propriam inuentionem euidenter nosse. Probatur plerisque argumentis

precedentis conclusionis; 1. quod hoc mysterium sit supernaturale, & quidem post mysterium sanctissimæ Trinitatis, præcipuum lumen autem Angelicum nō potest assurgere ad supernaturalia per vires naturæ clarè cognoscenda, neque potest Angelus naturali virtute clarè cognoscere modos supernaturales, vt habet communis sententia. Præterea nulla res naturalis est, quæ Angelum inducat in claram huius mysterij notitiam.

Dices Angelum clarè cognoscere naturam subsistentiæ humanæ, & posse clarè notare nū ea possit abesse à natura substantiāli, seu an substantia possit existere sine propria subsistentiā, cum totum id contineatur intra limites obiecti naturalis. Item posse cognoscere naturam substantialem carere propria subsistentiā alteri inexistere, & scire possit naturam substantialem non posse carere propria subsistentiā quin alteri inexistat. Rursum potest cognoscere eā nō posse inexistere alteri naturæ creatæ, vel creatæ subsistentiæ, quæ vt summū est modus. Et proinde cognosceret inexistere diuinā; & per consequens poterit naturaliter clarè cognoscere hoc mysterium esse possibile, saltem quando reipsa est exhibitum.

Resp. 1. negando secundam partem argumenti, quia antequam natura reipsa existat sine sua subsistentiā, non potest clarè cognoscere naturam substantialem posse in tali statu conservari, cum ex nulla re in eam notitiam induci possit.

Resp. tamen 2. vt demus Angelū id posse, quod contendit hæc pars argumenti, non statim inde confici, posse cognoscere naturam substantialem alteri inexistere, cum fortè possit existere in rerum naturā tam sine propria, quā sine aliena subsistentiā. Sed vt demus naturam carentem propria subsistentiā necessario alteri inexistere, & Angelū id posse naturaliter cognoscere, nō ideo poterit clarè cognoscere possibilitatem huius mysterij, nō solum antequam exhibeatur, sed etiam postquam factum est. Eo quod sibi relictus, & suæ naturali virtuti cognoscendi, iudicabit Deum nō posse absque imperfectione venire cum alijs rebus in compositionem; iudicabit componens esse perfectius componentibus; infinitam distantiam hypostaseos diuinæ à natura humana non pati vt hæc ab illa terminetur; vnde propter huiusmodi & similes rationes potius iudicabit fieri non posse vt natura humana in vnum per se cum diuina hypostasi cōueniat. Quod si postquam hoc mysterium est exhibitum fortè aduertat naturam humanam carere propria subsistentiā; vel suspendet iudicium de modo quo existet, vel iudicabit eam à Deo conservari modo sibi incognito, & fortè sine omni subsistentiā, iudicās quod hoc exemplū ostendat non ita esse certum naturam substantialem non posse in rebus absque omni subsistentiā conservari.

Ex his facile patet, quod licet Angelus posset cognoscere carentiam subsistentiæ in natura humana, quemadmodū probabile est quod possit naturaliter aduerrere species in venerabili Eucharistia carere inherentiā; non ideo possit euidenter nosse possibilitatem huius mysterij etiam postquam est exhibitum, cum illud plura inuoluat, ad quæ intellectus Angelicus vel nunquam assurgat, vel propter quæ potius iudicabit esse impossibile.

Dico 3. non videtur etiam homo vel Angelus posse per propriam inuentionem hoc mysterium etiam confusa cognitione cognoscere. Et quidē de homine satis patet ex 1. conclusione. Quia ex nulla re sensibili potest humanus intellectus naturaliter excitari vt assurgat ad cōcipiendum hoc mysteriū. Similiter non potest naturaliter aduerrere sub-

17.

Obiectio.

18.

Diluitur 1.

Diluitur 2.

19.

20.

Conclusio 3.
Nequidem
confuse co-
gnosci po-
test ab ho-
mine vel
Angelo.

stentiam substantiæ creatæ ab ea separari posse. Denique ut possit concipere hoc mysterium, ex ratione quarto loco deducta iudicabit illud impossibile. Quod etiam de Angelo est dicendum. Quare licet possit aduerrere in genere Deum posse facere plura & perfectiora quam fecerit, non tamen potest per propriam inuentionem concludere etiam probabiliter hoc mysteriū in particulari esse possibile.

21. In his conclusionibus dixi per propriam inuentionem, quia tam Angelus, quam homo ab alio instructus potest iudicium aliquod de hoc mysterio formare. Quia ratione ex diuinis oraculis & prophetis demon potuit nosse Deum sumpturum carnē humanam, & vnū eundemq; futurū Deum & hominem. Et si in via habuit fidē huius mysterij, eā deperditā potuit per modū memorię aduerrere se illud credidisse, atque adeo cēlere illud esse possibile. Et postquam hoc mysteriū reipsa fuit exhibitum, potuit nosse hūc hominē esse hominem Deū, ex eo quod aduerreret ea quæ Prophetæ de Messia prædixerūt, in hunc hominē concurrere. Quomodo & quando reipsa cognouerit, explicant scripturæ interpretes. Potest etiā ratio fide illustrata aliquo modo ostendere per varias cōiecturas & cōgruentias hoc mysterium esse possibile. Videri potest Aug. epist. 3.

August.

D V B I V M III.

Vtrum mysterium Incarnationis reipsa sit peractum?

22.

Negant Iudæi.

I D negant Iudæi, cum negent venisse Messiam in lege promissum. Sed contrarium est de fide, scilicet, Messiam iam venisse, & proinde Incarnationis mysterium reipsa esse peractum.

Refellitur ex Scrip. Gen. 49.

Prob. ex Genes. 49. vbi Iacob benedicens filiis suis, eisq; ventura prænuntians, agens de Iuda ait: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & in se erit expectatio gentiū. Quo loco inter ceteras excellētiās & prærogatiuas tribus Iudæ, prædicit futurū, quod postquam Israëlites reges ex ea habere cœperint (quod factū est in Dauide,) principatus in ea tribu nō sit defecturus, nec transferendus ad alienigenas absque spe restitutionis, donec veniat Messias Saluator mundi. Constat verō iam à multis sæculis regnū à Iudæis ablatum, similiter legem & sacrificiū absque vlla restitutionis spe; ergo similiter constat iuxta illā prophetiam Messiam à multis sæculis venisse, atque adeo Incarnationis mysterium reipsa esse peractum.

23.

Obiectio Iudæorū.

Contra hanc probationem opponūt Iudæi, quod pro eo quod nostra versio habet sceptrum, Hebraicè sit שֵׁבֶט *sebeth*, quod significat virgā; atq; adeo Patriarcha Iacob non velit non defecturū imperiū à tribu Iudæ donec veniat Sile, sed nō defecturā virgā tribulationis, seu non defecturā tribulationem.

Diluitur.

Verū frustra id opponunt, cum Septuaginta sensu cum nostro conueniunt, vertentes non defecturū imperiū ex Iuda. Conueniat etiā paraphrasis Chaldaica Oncheli. Vertit enim, nō auferetur habens principatum à domo Iudæ. Vnde per virgā in loco Genesios citato intelligitur potestas imperadi, quo sensu sumitur vox virga Psal. 44. Virga directionis, virga regni tui.

Psal. 44.

11.

Præterea falsum est quod asserunt Iudæi significari non recessuram tribulationem à Iudæis usque ad tempus Messie, cum regnum Salomonis fuerit florentissimum & pacatissimum.

24.

Obiectio.

Secundo opponūt quod vox Hebraica שֵׁיט *Silo* non significet mittendum, vt nolter vertit.

Verū nostrū bene vertisse, & sensum patriarchæ expressisse, patet ex versione 70. & paraphrasi Chaldaica, qui re & sensu cum nostro interprete conueniunt. Nam paraphrasis vertit, donec veniat Messias cuius est regnum. 70. autē vertunt donec veniat cui repositum est, scilicet regnum; vel, donec veniant reposita ei, scilicet populo Iudaico, id est, donec veniat, Messias Iudæis promissus & tamquā gratissimum depositū desideratus, cui, Messia, regnū est repositum. Ex quo patet optimē constare prophetiam, & nostrum interpretē bene vertisse, quamvis legisset eo modo, quo nunc habent Hebræi, quia vno verbo eundem sensum reddidit, quem alij pluribus explicauerunt. Verisimile tamen est verbum verbo reddidisse, pro quo

Diluitur.

25.

Notandum verisimile esse nostrū interpretem legisse שֵׁיט *seilach* à verbo שָׁלַח *schala* h quod significat mittere, cum enim הָ & הַ sint satis similes, facile vna pro alia scribi potest. Quod si ita legerit, patet ad verbum transulisse; alios vertisse iuxta vocē Hebræā prout iam legitur, quæ potest significare pacificum, à verbo שָׁלַח *schalah*, quod significat quietū, pacificum esse; potest etiam significare cui illi, si dicamus שֵׁיט *Silo* positum per abbreviationē pro אֲשׁוּלוּ *asberlo*. Stat ergo per prædictā prophetiā significari non defecturum sceptrum ex Iuda donec veniat is qui mittendus est, cuius regnū erit pacificum, regni inquam ei repositum, & qui est tamquā gratissimū depositū gentis Iudæicæ, quiq; est expectatio gentiū. prout hūc dicitur. Cōstat enim illud esse epithetū Messie, iuxta prophetiā Aggai cap. 2. vbi dicitur: desideratus cūctis gentibus. Nec refert quod gētes ante illius aduētum eū ignorauerint. Quia nihilominus dici potest earū expectatio, cum dici possint interpretatiuē illū expectasse tanquā summē sibi vitē & necessarium.

Notand.

Expectatio gentium, epithetum Messie.

Aggai 2.

26.

Dices imperiū defecisse à tribu Iudæ longē antequā Christiani agnoscerent Messiam venisse, igitur ex hac prophetia non potest probari Messiam venisse. antec. patet ex eo quod post reditum ex captiuitate Babylonica Machabæi imperauerint, qui erant ex tribu Levi, non verō ex tribu Iudæ.

Obiectio alia.

Resp. 1. negando cōsequentiam quia plurimorū Patrū sententia, quos citat & sequitur Delrio hūc, Iudæ non accipitur pro ipsa tribu Iudæ, sed pro populo Iudaico, qui post reditū ex captiuitate nomen à tribu Iudæ accepit, hoc sensu: ex quo populus Israeliticus cœperit habere regnū & regē ex domo Iudæ, principatus ab eo nō deficiet, nec ad alienigenas irreparabiliter transibit donec veniat Messias. Quæ explicatio est probabilis, vt etiā censet Pererius tomo 4. in Genesim c. 49. disp. 2. circa hanc prophetiam; & patet, quia iuxta hanc explicationē particula, & dux de femore eius, propriē accipitur. Et potest cēleri etiā excellētiā & prærogatiua tribus Iudæ, quod principatus ab ea inchoatus non sit defecturus in populo Iudaico ad tēpora Messie. Potuit ergo hac ratione prophetia applicari Tribui Iudæ: Adde meritō eidem Tribui applicatā, quia ea diutissimē erat regnatura, scilicet à Dauide vsque ad Sedeciam; item quia ea sola integra rediit ex captiuitate Babylonica, ex alijs tribubus pauci, qui Tribui Iudæ permixti nomine Iudæorū vocari cœperunt censebanturq; ad eam tribum pertinere.

Resp. 1.

Prærogatiua tribus Iudæ.

Resp. 2. negādo antec. ad cuius probationē dico, licet ij qui imperarūt aliquando fuerint ex alia tribu, vt patet in Machabæis; ipsum tamen ius regni & potestas eligendi principē semper remansisse in domo & tribu Iudæ, in qua etiā semper remansit sedes regni, scilicet Hierosolyma. Iuxta hanc respon-

27.

Resp. 2.

sionem

tionē scriptur prophetia est, postquam tribus Iuda cepit habere reges populi Israelici, nō deficiet ab ea ius regni, & potestas sibi principes constituēdi, donec veniat Messias; quod iā à multis seculis cōtingit cōstat. Videri potest Cornelius in hūc locū.

Prop. 2. conclusio ex celebri prophetia Danielis 9. in qua, quidquid velint Iudaei, constat fieri mentionē aduentus & passionis veri Messiae, cum dicatur vngendus, dicatur sanctus sanctorum, dicatur Christus dux qui dicitur occidēdus, dicatur delēda iniquitas, & adducēda iustitia sempiterna, quae cōstat in alijs locis antiqui testamenti tribui Messiae, & illi soli cōuenire. Constat autē iam à multis saeculis adimpleta ea, quae in illa prophetia prēdicuntur, ergo ex illa clarē cōstat Messia in lege promissum venisse. Minor patet, quia constat septuaginta hebdomadas (de quibus eo loco Danielis agitur) à multis saeculis impletas, Hierosolymam vastatam, sacrificiū apud Iudaeos cessasse, vnde cūq; sumatur initium illarū hebdomadarū, de quo variē sentiunt scripturae interpretes, & proinde constat Messiam venisse, qui in fine hebdomadis sexagesimae nonae publicē innouit, quādo baptizatus est, & in medio hebdomadis septuagesimae est occisus, iuxta prophetiam citatam. Videri possunt haec futūris deducenda apud scripturā interpretes, & nominatim apud Cornelium in hunc locum.

Prop. 3. ex numeris notis quibus Messia aduentus in antiquo testamento significabatur, quascumque est repleta impletas esse, nam dicitur nasciturus ex virgine Isa. 7. v. 14. nasciturus in Bethleem Michae 5. v. 2. quo tūpore pax toto orbē erat futura, Isa. 2. v. 2. & Michae 4. v. 2. & 4. dicitur habiturus praerforē Malachiae 3. v. 1. dicitur futurus pauper & humilis, & ingressurus Hierosolymā sedēs super asinam Zachariae 9. v. 9. denique plurima similia praedicuntur de miraculis Messiae, eiusdem passionis, sepulchro, descensu ad inferos, resurrectione, in caeli ascensione, cōuersione gentium, quae in Christo impleta esse constat, ut patet ex Euangelistis, & à multis Iudaeis cōceperunt. Qui tamē ne veritati acquiescant, asserunt duplicem Messiam futurum, vnum humilē, pauperem, &c. & hunc venisse: alterum verō potentem & gloriosum, qui Apostolos diuicijs cumulet, quem etiam nū expectāt: ad quod probandum adferunt quaedā scripturā testimonia indicantia magnificentiā Messie venturi pacem, prosperitatem, & rerū abundantiam eius tempore futuram.

In quo errant i. quod ea quae de spirituali abundantia, affluentia gratiae & pace accipiuntur, nimis carnaliter interpretentur, & sumant litteraliter: ut verba sonant, ea quae metaphorice sunt accipiēda.

2. Quod non distinguant duos aduentus Messiae, vnum humilem, alterum verō horribilem & tamquam iudicis.

DVBIVM IV.

Verum Messias in lege promissus sit Deus & homo?

RESPONDEO errore Iudeorum, qui negant peractum Incarnationis mysteriū, resellēdi sunt aeterni, qui negant Messiam esse verum Deum & hominem. Et quidem praetermissa probatione diuinitatis filij Dei, quae in materia de Trinitate contra Arianos explicatur, praetermissis etiam varijs argumentis, quae cōtra hoc mysteriū fieri solent, quaeque in dubio i. sunt explicata, & infra in de-

curfu tractatus explicabuntur

Paucis ostendendum ex scripturis Messia in lege promissum, quē contra Iudaeos venisse ostēdimus, esse Deum & hominem. Quod ostēditur ex cap. 9. Isaiae vbi dicitur: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerū eius, & vocabitur nōmē eius admirabilis, cōsiliarius, Deus fortis, pater futuri saeculi, princeps pacis. Qui locus apertē intelligitur de Messia, & Deus in eo sumitur in propria significatione. quamvis enim Hebraeum* **חֲזָק** *et interdū significet fortē, in sentētia tamen citata non sumitur in ea significatione, cūm immediate post sequatur fortis, & propheta singulis vocibus diuersa Messiae designet epitheta.*

Cap. 35. *Deus ipse veniet & saluabit vos, tunc aperientur oculi caecorum & aures surdorum patebunt. Quo loco & agitur de Messia, & Deus qui dicitur vterus, sumitur in propria significatione. Confr. Christus discipulis Ioannis Baptistae quarentibus quissam esset Matth. 11. dixit: *ecce vident, clauds ambulāt,* **Ματθ. 11.** *& c. significās se esse Messia ab Isaia prānūtiatum.**

Cap. 52. *Ego ipse qui loquebar ecce adsum. Deus est qui loquitur, & qui promittit se vterum. Jerem. 23. 23. Ecce dies veniunt dicit Dominus & suscitabo David germen iustum &c. & hoc est nomen quod vocabam eum Ioannis iustus noster. Quo loco germen ex semine David suscitandum vocatur Dominus Hebraicē **יְהוֹיָכִן** *1. bonū, quod tribuitur soli Deo per naturā. Messias ergo qui eo loco promittitur, quiq; dicitur futurus ex posteris Davidis, non solum erit homo sed etiam Deus.**

Michae 5. *Et tu Bethleē Ephrata parvulus es in milibus Iudae, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio à diebus aeternitatis. Apocal. 1. Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi Deus, &c. & significasti autē mittens per Angelū suū seruo suo Ioanni &c. Quo loco apertē significatur eūdem esse Deum & hominem. Nā in eo quod accipiat revelationem, insinuat natura humana, in eo verō quod mittat Angelum, insinuat diuina. Qui enim mittit Angelos tanquam ministros, debet esse Deus per naturam. Idem in sequētibz pluribus prosequemur contra Nestorium ex varijs locis noui testamenti.*

DVBIVM V.

An hoc mysterium aliqua ratione contra Ethnicos probari possit?

RESPONDEO posse ostendi esse euidenter credibile ex notis fidei, de quibus agitur 2. 2. Posse etiam, esse secundum rectam rationem credendum iam esse peractum. Constat enim ex historijs tam sacris quam profanis venisse quendam Iesum admirabili sanctitatis, paupertatis amaritē, cōtemporem gloriae huius mūdi, mirabilem in doctrina & vitae conuersatione, qui passim docuit humilitatem, mansuetudinem, saeculū cōtemptrum, &c. & quidem haec ita constant, ut non possint prudentes in dubium reuocari, cūm etiam sacrae historiae fides, saltem humana debeat adhiberi, cui si accedat cōsensus gentium tanquam de re passim nota & vulgari solita, tollitur omnis ratio prudenter dubitand. Talem autem venisse omnes pene gentes cognouerunt.

Praeterea illius hominis ortus, progressus vitae, praedicatio, miracula, passio & alia multis saeculis ante eius natiuitatē fruerent prānūtiata, & praedictioni respōdit euentus. Hic autem homo plurima patrauit miracula, eaq; testatissima in testimoniū

Ostenditur ex script. Messiam esse Deum & hominē. Isaia 9.

31

Ibid. 35.

Matth. 11.

Isa. 52.

Jerem. 23.

Michae 5.

Apoc. 1.

32.

33.

Ostēdi potest esse euidenter credibile, imō credendum secundum rectam rationem, esse peractum.

Ex historijs sacris, & profanis de Christo.

Prophetijs, miraculis Christi.

v.

dicat imperfectionem in substantia, quæ tamen
imperfectio in diuinam substantiam cadere non
potest. Quinto vt hoc mysterium esset possibile,
natura humana deberet posse subsistere per diui-
nam substantiam, atque adde per illam termina-
ri, quod videtur repugnare, quemadmodum repu-
gnat rem quampiam alienâ figurâ terminari.

7
Resp. ad 1.

Verbum
perficit n
turam hu
manam.

Ad 1. Respondendo negando secundam partem assumpti. Nam natura humana coniungitur Deo non vt perfectiū perfectibili, sed vt ipamet carens propria perfectione substantiali persiciatur ad Verbo, per cuius substantiam subsistat, vtque in vnam personam cum Verbo diuino coeat. Quomodo ergo ipsam Verbum diuinum sit infinitū perfectum, non repugnat quo minus aliquid ei coniungatur ad perfectionem substantialem acquirendam, atque aded faciat cum Verbo vnum per se.

8

Et quamvis nihil simile detur in rerum natura extra propositum, non arguit hanc coniectionem humanitatis cum Verbo non posse esse substantialem, & inde non posse fieri unum per se, sed solum arguit hoc mysterium esse singulare.

Ad 2.

Sufficit mu-
tatio in na-
turâ huma-
nâ.

Ad secundum respondendo negando assumptum. Mutatio enim quæ inuenitur quando duo aliquantè non vnitâ incipiunt de nouo vniri, non necessarius debet inueniri in vtroque extremo, sed sufficit alterum mutari. Verbum ergo diuinum in se inuariatum per mutationem inuentum in natura humana, potest eandem sustentare; & passio quæ in hoc mysterio respondet actioni, non est circa Verbum, sed circa naturam humanam, quæ per Incarnationem assumitur & à Verbo sustentatur.

Ad 3.

Ad tertium respondeo similiter negando assumptum. Quia vt patet ex solutione primi, nihil prohibet Deum alteri contingi ad illud perficiendum quamuis ipse nullam inde acquirat perfectionem neque est de ratione conpositi vt sit perfectius compositus. neque similiter est de ratione compositi vt sint partes, vt sint quidam impediendi vt ex se & sua conditione naturali sint ad se inuicem ordinata, & à se inuicem dependente, quamuis in compositione naturali semper saltem aliquid horum in quolibet extremo inueniatur. Quod mirum non est cum omne ens creatum sit limitatum perfectionis, quod accessu alterius potest perfici saltem accidentaliter.

1

Ad quartum respondeo negando divinam subsistentiam idcirco dicendam formam respectu naturæ humane, quod hæc natura Deo possit uniri, quia solum habet rationem termini, de cuius terminum ratione proprie non est quod sit forma respectu eius quod terminat.

Ad r

Ad quintum respondeo in mysterio Iohani nati-
nis naturam humanam verè subsistere per diuinam
subsistentiam & per eam terminari, neque id
tam involuere repugnantiam. Patet in accidenti
quod terminatur per subsistentiam subiecti cui in-
haeret. Neque est simile quod adfertur de figura
Idcirco enim nihil potest per alienam figuram ter-
minari seu figurari, quod figura exurgat ex ali-
vbi rei materialis, modo quantitativo existen-
tis, proprie autem & formaliter nihil potest per
vbi alterius constitui in loco: optimè verò fieri po-
test quod res non habens vltimum suum comple-
mentum, compleatur per aliud, eique inexistat.

D V B I V M II.

*Utrum solo lumine naturæ cognosci possit
Incarnationem esse possibilem?*

DIco i. homo solis natura viribus per propriam inuentione[m] & discursum non potest euidenter cognoscere Incarnationem esse possibilem. Prob. i. ex Script. Isa. 64. *Oculus non videri* dicitur quia propheta[m] excelsissimū sic. Quo loco licet varij sentiant se[m]per non esse de beatorum felicitate & mercede, alijs tamen magis placet agi de mysterio Incarnationis, per quam Deus naturam humanam assumpsit in unitatem personā. Quorum sententia probari potest ex Apostolo i. ad Cor. 2. vbi ait: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio*, quæ al[ia] scendit[ur] est, quam prædicantur Deo anti[qu]a in gloriam nostram, quam nemo principum huius sæculi cegnot. Et c. huius sermo est, quæ oculis non videtur, nec auris auditur, nec in cor hominis ascendit quæ præparant i. cussant[ur] diligente illu[m]. Ex quibus postremis verbis patet Apostolum respicere ad locum Isaia citatum. Porro Apostolum in sententia relate agere de mysterio Incarnationis censent plures Patres, quos refert Cornelius in dictum locum Apostoli. Videri etiam possunt citati à Gaspare Sanctio in cap. 64. Isaia.

Probat^{ur} etiam ex cap. 3. ad Ephes. Vbi Aposto-
lus agens etiam de mysterio Incarnationis, illud
vocat *mysterium salutis*. *Christi & sacramenti* ab-
sconditum a sanctis in De. Fateat etiam potest locu-
t. 11. 32. *Conuerentiam eius qui inuocabit*: qui licet alie-
ri possit intelligi, ve erudit^{us} ostendit Sanctus; a plu-
ribus tamen patribus quos citat Cornelius in eun-
dem locum, intelligitur de humana Christi generatione
quasi veli^t Prophetia eam ab intellectu creato pro-
prij viribus cognosci non posse, vel enarrari.

Prob. 2. ex Patribus: Commentario in epistola
Ap. scilicet inter epist. S. Amb. in verba cap. 2. cit. r.
ad Cor. verba Ap. scilicet et illa intelligente de in-
carnationis mysterio, quod asserit non solum in hu-
manum sensum non cecidisse, sed etiam calefec-
torem potestates latuisse. Chrys. hom. de S. Ioanne Bapti-
sta post medium, dicens: *Verbum caro factum est*, et
quoniam *factum est* ergo *caro* et *caro* quia *Verbum caro*
factum sit et quoniam *factum sit* mystico. Miraris, quia ec-
clesiasticum non veritatem agnoscit et intelligente locum
Isaia 53. de humana Christi nativitate. Leone vi-
serm. 8. de nativitate in initio, vocante, Ineffabilem
veritatem. cuius quia creator hominum fieri homo dignatus
est. Scim. 10. in initio dicens: *Dei enim saluatoris* quod
sua naturam non solum secundum deitatem de Patre, se-
cundum secundum carnem de matre in faculatem humanam
excecit elegit, terminum ad vitamque referat quod di-
xitum est. generatorem eius quia enarrabit. Ibidem post
medium, Natus autem domini nostri Iesu Christi emen-
tissimum significat. Plures Patres videri possunt
tum apud citatos, tum apud Suarez tomo 1. in 3.
partem disp. 3. sect. 1.

Præbatur tertio ratione 1. homo secundum natura-
turalem modum cognoscendi, suam cognitionem
habuit in sensibus, & proinde per propriam inuen-
tionem sola sensibilia potest euidenter cognoscere
& quæ ex his per discursum euidenter deducuntur
vel per modum causæ, vel per modum effectus, vel
per modum alicuius necessario conueni. At qui nul-
la sensibilia præbent sufficiens fundamentum ad inuen-
iendis cognitionis mysterij Incarnationis, cum illu-

IO
clufio I.
gans de
mine.
ob. l. ex
rpt.
6

Cor. 2.

24

A. 53.

II
ex Pauli
mbros.
hryf.
con.

Rations

1.